



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia S. Avgvstini de humanæ naturæ stantis, lapsæ,
puræ statu & viribus eruitur & explicatur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

9. Idem omnino docuerunt sanctus Prosper, Hieronymus, Ambrosius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13673

spectandam? Sicut ergo falsa virtus est illa Philosophica, & verum vitium; ita falsa beatitudo quam venatur, & vera miseria. Audi Augustinum, mirā ubique doctrinæ conformitate sibi concinentem: Res vero ista, hoc est, beatitudo vitæ temporalis, sine spe illa, beati-

Lib. 19. de
Civ. c. 20.

tudo falsa & magna miseria est. Non enim veri animi bonus viter: quoniam non est vera sapientia, qua intentionem suam in his qua prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, iusteque distribuit, non in illum dirigit finem, ubi erit Deus omnia in omnibus aternitate certā, & pace perfectā.

CAPVT NONVM.

Idem omnino docuerunt sanctus Prosper, Hieronymus, Ambrosius.

HANC igitur doctrinam à sapientissimo Magistro hauriam citra omnem ambiguitatem & fluctuationem velut rem certissimam in Ecclesia Catholica tradiderunt tum Augustini discipuli, tum alij quoque ante Augustinum sanctissimi doctissimi que Patres. Nam sanctus Prosper indifferenter tam virtutes gentium, quam virtutum effecta seu actiones peccata esse definit, ut supra vidimus. Inde est enim illud ex libro primo de vocatione Gentium:

Lib. 1. de vo-
cat. gent. c. 7.

Quia cum sitis qui naturali intellecta conatus sit vitis reluctari, huius tantum temporis vitam sterilitate ornabit, ad veras autem virtutes aternam que beatiudinem non proficit. Sine cultu enim veri Dei etiam quod virtus videtur esse, peccatum est. Nec placere ullus Deo sine Deo potest. Quæ vero Deo non placet, emi nisi sibi & Diabolo placet? Et libro contra Collatorem:

Cap. 28. cont
Collat.

Puto autem istum verisimilitudine decipi, & in specie falsarum errare virtutum, dum ea bona, que non possunt nisi ex Dei munere haberi, etiam in impiorum animis existimat reperiri; ideo scilicet, quia multi eorum sunt infirmitas, temperantia, continentia, & benevolentia, sectatores: que omnia non frustra quidem neque inutiliter habent, multumque ex his in hac vita honoris & gloria consequuntur, sed quia in his studiis non Deo, sed Diabolo servant, licet habeant temporalem de vana laude mercedem, ad illam tamen beatarum virtutum non pertinent veritatem. Quid ergo? Bonæ saltem illæ virtutes sunt, à quibus certè sine peccato proficiantur? Audi: Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atque polluta, habentium sapientiam non spiritua-

Ibid. c. 29.

lem, sed animale; non celestem, sed terrenam; non Christianam, sed Diabolicam &c. Audi uberius: Nec ideo existimare debemus, in naturalibus thesauris principia esse virtutum, quia multa laudanda reperiuntur etiam in ingenis impiorum, que ex natura quidem procedunt, sed quoniam ab eo qui naturam condidit recesserunt, virtutes esse non possunt. Audi igitur quid sint istæ virtutes infidelium: Quod enim vero illuminatum est lumine, lumen est, & quod eodem lumine caret, nox est: quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Ac sic vitium est quod putatur esse virtus: quando quidem stultitia sit, quod putatur esse sapientia. Clarius non posset Prosper sententiam illam tradere, & ostendere in ipsis sacris literis fundatam esse, quæ perspicuis, gravissimisque verbis dicit: Sapientia huius mundi stul-

Ibid.

titudo est apud Deum. Puto verò stultitiam aliquid amplius esse, quam innoxiam rerum temporalium prudentiam. Et in libro tertio de vita contemplativa accuratissime disertissimeque: Quando fideles inicitia, pietate, misericordia, mansuetudine, humilitate innocentia, ceterisque virtutibus gaudent, aut secundum Deum vivunt, & virtutes veras habere credendi sunt, que spiritualiter viventes adeptæ sanctificant, & Deo commendant; aut secundum hominem vivunt, & non sunt vera virtutes, sed virtutum similitudines, que nihil carnaliter viventibus prosunt. Porro istas virtutum similitudines, quibus infidelium vanitas quasi lucendo gloriatur, magis à veris virtutibus superari tradit, quam venenum à medicamento: Quare iniqui, quantum à veris virtutibus virtutum similitudines distent? Et ita rem resolvit: Non dico, quantum à medicamento venenum: quia medicamentum ita corpus aliquoties sanat, ut id defendere à mortis necessitate non valeat. Et venenum non afferri facit vitam corpori, quasi auferenda non esset nisi fuisset acceptum: Sed accelerat corporis mortem, quod erat aliquantulo diutius forte viturum. Sed plane dico, à veris virtutibus tantum similitudines distare virtutum, quantum distat a veritate mendacium: quia & similitudo virtutis, que videtur virtus esse cum virtus non sit, nihil est aliud quam mendacium: & ideo non est virtus dicenda, sed vitium, & vera virtus est veritas, cui qui amanter adhaerit à peccati mortis suscitatus mori ultra non poterit, nisi cum ab ea depravata voluntate recesserit. Et adhuc luculentius illam virtutum similitudinem & mendacium explicans: Sicut è contrario, virtutu simulatio, que est, ut dixi, mendacium veritati contrarium animam separat à Deo vita sua, non vincituram, sed in supplicio que est illius mors, pœnaliter sine fine vituram, scripturâ dicente: Os quod mentitur occidit animam. Ac per hoc sicut virtus animam sibi veraciter inhaerentem, si fuerit vera, iustificat, ita simulata condennat. Et quid iustificatio anima, nisi eius est vita perpetua beata ac beate perpetua? Sicut condennatio anima peccata eius est sentienda, que mors probatur & ipsa perpetua. Mox autem declarat, quo pacto sint vera vitia virtutum specie palhiata: Superbus vult se credi constantem, prodigus liberalem, avarus diligentem, temerarius forti è, inhumannus parcum &c. Hac etsi possunt humano ingenio discerni; tamen sine dono Dei, quantum mihi videtur, nec virtutes possunt appeti vel haberi, nec earum similitudines, que sunt vitia virtutes imitantia, declinari. In tantum ut infidelibus nihil profuisse credamus, etiam si sunt

1. Cor. 3.

593

sunt aliquas per corpus operati. Qui sic? an quia non erant virtutes satis intensæ, radicatæ, nec in omni materia se exheruerant, nec reliquas virtutibus conjugatæ fuerunt? Nequaquam: sed propter defectum finis, quem semper inculcat magister ejus Augustinus: Quod eas nec a Deo suo se accepisse crediderunt, nec ad eum qui est fons omnium bonorum referre voluerunt. Et quid dico, nihil eu profuerunt? Imo etiam nocuerunt, dicente Apostolo: Omne quod non est ex fide peccatum est. Quibus verbis declaratum esse dicit, quod omnia bona aut ex fide gesta virtutes sunt, quæ profecto iustificat; aut si fuerint sine fide, non sunt aliqua bona credenda, sed vitia; quæ non iuvant suos operarios, sed condemnant, in istosque præcipitant. Quam sanè doctrinam ad an. utilim ex Augustino Prosper expressit. Nam cum Iulianus gentiliùm virtutes prædicaret, sicut & Recentiores nonnulli ipsa facta seu officia laudabilia à sine se juncta condiderant prædicant, respondit ei Augustinus: Sed videt cet homo eruditus eorum virtutum verisimilitudine falleris: quæ si minima videntur. & propinqua virtutibus, cum absint ab eis, quam longe abint a virtutibus vitæ. Quod Xenophis vitiorum in virtutibus verum esse demonstrat, sicut infra dicturi sumus.

Ex his videt eruditus lector, quanta securitate, & asseverantia, doctrinæque certitudine sanctus Prosper illam Augustini doctrinam tradit, quod non sint veræ virtutes infidelium, sed hoc solo ab apertissimis vulgoque notis vitij discrepent, quod oculi imperitorum quadam specie fallente ludificentur. Docet enim expressis verbis, crebròque repetit & inculcat, eorum virtutes, quantumcunque veræ esse videantur, non esse veras virtutes, sed virtutum dumtaxat similitudines, quæ præsentem vitam ornare possunt, ad futuram conficere non possunt: sapientis docet, esse vitia, mendacia, non lumen, sed noctem, esse immunda, polluta, peccata, quæ ex sapientia terrena, animalis, diabolica proficiscantur: non prodelle, sed obesse; esse inutilitiam, per quam placeant homines non Deo sed diabolo; denique eas à Deo separare, atque damnare; ut nihil omnino superesse possit, quo de sententia ipsius & Augustini, quam expressit luculentius, ambigi possit. Verque deduxit eam non ex Philosophicis Peripateticorum, aut Stoicorum promptarijs, verum Deum ignorantium, unde om-

nis veræ virtutis ratio essentialiter pendet, sed ex Scripturis sacris, quas hac in re Philosophus Christianus multò tutius sequitur.

Ex quo fit, ut eam ante sanctum Augustinum, nonnulli magni viri eandem veritatem in Scripturis traditam observaverint, & in scriptis suis expresserint. Nam hinc illud sancti Hieronymi in Epistola ad Rusticum: *Illi Philosophi seculi vitium vitio, peccatumque peccato medicantur: Nos amore virtutum vitia superemus.* Et in versum undecimum capituli tertij ad Galatas: *Faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur: Iustus ex fide vivit; & dicamus: Castus ex fide vivit; Sapiens ex fide vivit; Fortis ex fide vivit; & à ceteris virtutum partibus viciniam sententiam proferamus, ad versus eos qui in Christum non credentes, fortes, & sapientes temperantes se putant esse, vel iustos, ut sciant nullum absque Christo vivere, sine quo omnis virtus in vitio est. Eodem tendit*

sanctus Ambrosius, dum quandoque omnium virtutum fundamentum tradit esse fidem; prædicare autem & fidem acuendo intexuit, & fidei ipsi virtutum fundamenta subiecit. Quandoque verò omnes virtutes velut folia inutilis esse tradit sine fide: *Virtutes sine fide folia sunt: videntur vivere, sed prodelle non possunt: agitantur vento, quia non habent fundamentum. Quamvis gentiles habent misericordiam: habent sobrietatem; sed fructum non habent, quia fidem non habent. Labuntur cito folia, ubi ventus flaverit. Et aliqui Iudæi habent castimoniam, sed utilitatem lectionis multam & diligentiam: sed sine pæctu sunt, & versantur ut folia. Hæc sorte sunt folia, quæ salvator in illa sicu reperit; sed fructum non invenit. Mystica (id est, fides) salvant & à morte liberant: moralia autem ornamenta decoris sunt, non subsidia redemptionis. Nam si fructum sine fide homines non habent, sed tantum folia, aut mali sunt, aut steriliter boni. Iam autem Augustinus invictè colligit: *Fieri non potest ut steriliter boni finis: sed boni non sumus quicquid steriliter sumus. Itaque mox subjungit: Quomodo non aut vocari aut delirari, qui sterilium fructus arborum laudat? Qui utique aut nulli sunt, aut si mali sunt, laudandi non sunt: aut si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt: imò & bonæ sunt, quarum fructus boni sunt, & debent Deo placere, cui bonæ arbores non possunt nisi placere. Ante Ambrosium etiam Origenes idem ipsum ex Scripturis clarissimè docuit: cuius locum ex commentario in Epistolam ad Romanos jam ante allegavimus.**

lib. 4. cont. in Epist. ad Galat. m. 110. Ambros. lib. 7. in Lucam. In Psal. 1. lib. 4. cont. in 1. cap. 3. ibid. infra.

CAPVT DECIMVM.

Ratio præcedentis doctrinæ ex natura virtutis, & ejus fine petitur:

QUAMVIS abundè satis esse possent ijs, qui aliquid primis illis & veris divinæ gratiæ defensoribus, & Ecclesiæ magistris tribuunt, ut ijs potius quam Gentiliùm Philosophiæ quantumcunque plausibili credant, operæ tamen

pretium est, etiam rationem naturalem, cui ista doctrina nititur, quamque Scholastici trutinatores rationum plurimi faciunt, patefacere. Hæc autem non potest aliunde venior, & immobilior, & generalior peti, quam ex ipso objecto formali virtutis, utpote quæ essentialiter